Caesar, de bello Gallico, I, 23

Postridie eius diei,
quod omnino biduum supererat,
cum exercitui frumentum metiri opporteret,
et quod a Bibracte, oppido Haeduorum longe maximo et copiosissimo,
non amplius milibus passuum XVIII aberat,
rei frumentariae prospiciendum (esse)
existimans
iter ab Helvetiis avertit ac Bibracte ire contendit.
Ea res per fugitivos L. Aemilii, decurionis equitum Gallorum, hostibus nuntiatur.
Helvetii,
seu quod
timore perterritos Romanos discedere a se
existimarent
- eo magis,
quod pridie
superioribus locis occupatis
proelium non commisissent -,
sive eo, quod
(Romanos) re frumentaria intercludi posse
confiderent,
commutato consilio atque itinere converso
nostros a novissimo agmine insequi ac lacessere coeperunt.

Raum für Notizen